



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o q[ui]nta

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

ordinavit prima et eterna veritas Idem maxime congruit ut pax habeatur in questionibus concernentibus sanctitatem per quam diffusa est pax in terris Tu autem **R** Scorps esse virgam produxit pascua florem Et super hunc florem requiescit spiritus almi **V**irgo dei genitrix virga est flos filius eius Et Gloria Et **In secundo nocturno an** Emissiones tue paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus **Ps** Eructavit an Fossor ortorum puteus aquarum viventium que fluunt imperu de libano **Ps** Deus noster resurgit **An** Veniat dilectus meus in ortum suum ut comedat fructus pomorum suorum **Ps** Fundamenta **P** Diffusa est gratia in labiis tuis **Lco iiij** **R** actenus vero difficilis questio in diversis partibus et coram hac synodo sancta super conceptione ipsius gloriose virginis marie matris dei et exordio sanctificationis eius facta est Qui busdam dicentibus ipsam virginem et eius animam per aliquod tempus aut instans temporis subiacuisse actualiter originali culpae **Tu** **R** Conceptio tua dei genitrix virgo gaudentium annunciauit uniuerso mundo: ex te enim ortus est sol iusticie christus deus noster

Qui solvens maledictionem dedit benedictionem et confundes mortem donauit nobis vitam sempiternam **Aue maria** gratia plena dominus tecum Qui solvens **Lco qnra** **A**liis autem econuerso dicentibus a principio creationis sue et deum ipsam diligendo gratiam eidem contulisset per quam a macula originali illa beatissimam personam liberaret et preferuas sublimiori sacificationis genere cum fundaret eam altissimus et ipsam fabricaret filium dei patris ut esset mater eius in terris Tu autem **R** Beatissime me virginis marie conceptionem deuotissime celebremus Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christum **Hodie** concepta est beata virgo maria ex progenie dauid **Ue** **R**os vero diligenter **Lco vi** inspectis auctoritatibus et rationibus que a pluribus annis in publicis relationibus ex preteritis usque doctrine coram hac sancta synodo allegate sunt aliisque plurimis super hac viuis et maturatione consideratione pensatis doctrinam illam differentem gloriosam virginem dei genitricem mariam pueniente et operante diuini muneris gratia singularem nunquam actualiter subiacuisse originali peccato sed immunem semper fuisse ab omni originali et actuali contaminatione et immaculatam tam